

consummatione scilicet; exhibunt angeli: & separabunt malos de medio
iustorum; & mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus & stridor
dentium; Intellexistis haec omnia: Dicunt ei; & iam; At illis;
Ideo omnis scriba doctus in regno caelorum: similis est homini
patri familias: qui profert de thesauro suo noua & uetera;
Et factum est cum consummasset ih̄s parabolas istas: transit inde;
Et ueniens in patriam suam: docebat eos in sinagogis eorum: ita ut
mirarentur & dicerent; Unde huic sapientia haec & uirtutes:
Nonne hic est fabri filius: nonne mater eius dicitur maria: & fr̄s
eius iacob; & ioseph: & simon & iudas: & sorores eius nonne omnes
apud nos sunt: Unde ergo huic omnia ista: & scandalizabant in eo;
Ih̄s autē dixit eis; non est propheta sine honore nisi in patria sua
& in domo sua; & non fecit ibi uirtutes multas: propter in-
credulitatem illorum; / XIII.

I**N** ILLO TEMPORE AUDIUIT **HERODES**
TETRARCHA FAMAM IH̄U: & ait pueris suis; hic est iohannis baptista:
ipse surrexit a mortuis: & ideo uirtutes operantur in eo;
Herodes enim tenuit iohannem: & alligauit eum & posuit in carce-
rem: propter herodiadem uxorem fratris sui; dicebat enim illi ioh̄s;
non licet tibi habere eum; & uolens illum occidere: timuit popu-
lum: quia sicut prophetam eum habebant; **Q**uod autem natalis
herodis: saltauit filia herodiadis in medio: & placuit herodi;
Unde cum iuramento pollicitus est dare: quodcumque postu-
lasset ab eo; At illa praemonita a matre sua: dicit illi inquit hic
indisco caput iohannis baptistae; & contristatus est rex;
Propter iuramentum autem & eos qui pariter recumbebant:
iussit dari; Misitque & decollauit iohannem in carcere: & ad-
latum est caput eius in disco: & datum est puellae: & tulit
matris suae; Et accedentes discipuli eius: tulerunt corpus eius:
& sepelierunt illud: & uenientes nuntiauerunt ih̄u;

Th. cxli.
R. L.
Lv. xviii.
P. lxxij.

Th. cxlii.
R. L.
Lv. xxi.
P. lxxv.

Th. cxliiii.
R. Lxx.
Lv. xx.

Th. cxliiii.
R. Lxxii.
Lv. xxii.

Th. cxlv.
R. Lxxiii.
Lv. xxiii.